





INCITAM ENTVM AMO
ris erga Deum, authore viro quodam Reli
gioſo ex eorum numero, qui iNSTitutum
Eremitarum D. A. Augustini sequun
tur: quiq; in Collegio Conimb. virginis
MARIÆ de Gratia dicato versatur.

E X P E N D E R V N T Q V A E
hoc libro continentur Doctores grauissimi.
Marcus Romaeus : & Pelagius Rodericus
quos serenissimus Princeps Herricus.T.S.
Cardinalis amplissimus examinādis libris
prefecit, eaq; omnia cœu decretis Christianæ
religionis conscientia comprobarunt.

AD IOANNEM. III. LVSI
taniæ Regem clementissi-
mum epistola.



AND AVI SV
perioribus diebus
cū aperéni bus me
is studijs, & gym
naistica exercitati
one feriarer, Rex inuictissime no
nulla literis: quæ valerent ad ani
mum diuini numinis studio in
flammandum: idq; eo consilio fe
ci, vt scribēdis sacrīs, pijsq; rcbus
cum stylum exercearem, tum ani
mum amore pietatis incenderē.
Verum cum cogitatiunculæ illæ

nostræ latinis literis scriptæ , &
grauissimis patribus vitæ nostræ
moderatoribus , & viris summo
ingenio & eruditione præditis
probatæ essent eiusq; generis exi-
stimatæ quæ possent iis, qui colé-
di Christi opt. & Maximi studio
tenerentur, multum ad pietatem
adiumenti afferre: non putavi cū
christiana charitate, quæ non suis
scd aliorum semper cōmodis in-
seruit, congruere: si eam opem et
utilitatē hominibus pietatis amā-
tibus eriperem, ne dixerim inui-
derem. Quocirca quod mihi soli
inflammado paraueram, id ad a-
liorum quoq; animos in beneficē

rislīmīnuminis ac pietatis studiū
incitandos, edendum in vulgus,
tibiq; o Rex clementiss. dicandū
ac consecrādum existimauī. Cui
.n. potius sacras, piasq; vigilias no
stras dicarem, nīsi Regi coelestiū
diuinarū mq; rerū studiosissimo,
ac pietatis amantissimo? Accessit
eo & incredibilis illa tua liberali-
tas, qua nos, qui virginis Mariæ
de Gratia cultui dicati sumus, ab
eo iam tempore prosequeris: quo
Augustini ana religio, restitui tua
cura in veterem gradum ac nito
ré coepit. Quæ tua singularis be-
neficienia, cum te deo opt. Max.
vehemēter cōmōndauīt, ipsiusq;

tibi gratiam conciliauit, tum nos
tibi in perpetuum, nexu ac manci-
pio deuinxit. Quare cōsentancū
admodū videbatur, vt qui maxi-
mis tuis impensis, & literis & reli-
gione auēti essemus: qualescunq;
nostras in literarum ac virtutum
studio progressiones, tibi accep-
tas referremus: ac proinde hunc,
quem primum edidimus foetum
tibi consecraremus. Idq; eo etiā
libentius fecimus, vt qui amplissi-
mis tuis in nos beneficiis paria ref-
pondere non possemus, vel hac
re vna memoris ac grati in te ani-
mi aliquod signum daremus.
Accipe igitur Rex inuictissime

ea humanitate ac frontis hilarita
te, qua cuncta a Conimbrica tua
profecta soles accipere , hoc etiā
Augustiniani collegii tui mu
nuscum, nosq; solita bene
ficētia cōplecti perge, quo
maiora & illustriora a no
bis a liquādo , quæ a
nimo cōmenta
mur, pos sis
accipere.
Vale.

33

33

33

ceparaturessaçõeis de pínta
de das carregas. E o que põeis elas
bezologia. Lendas sociedade. Proc eti
Avalosburguense collega. Unha
centenaria. Escolas. Igrejas. Pens
que fereis. Escolas. Berlengas. dno
matores. & diligências. No
fim. Pás a perdido. dnes. Igre
cional. spânia. cementes. São ca
ques põem. Lembrais. São
tibicos. Elegidos. São ená
llementos. São 7. que dñs
83 annos. São 83. p
pondere nome. dñs. val. hys
re vns mere. **83**. grati. r. dñs. dñs
dñs. alquod. figura. dñs. dñs.
Elegidos. São 83. annos. dñs.

AUTHORIS IN INCITAMEN
tum amoris ac pietatis aduersus deum
prefatio.



APIENTIVM
virorum sententia est:
summam cuiusq; rei
perfectionem, coniunc-
tione cum eare, è qua
ortum habuit & sta-
rum, contineri. Qua-
re cum opt. Maximusq; Deus hominem pro-
creauerit: illiq; omnia tum mentis, tum corpo-
ris ornamenta tribuerit: satis constat, summū
hominis felicitatem, summumq; bonum in eo
esse constitutū, ut deo, a quo id quod est accepit,
cuiusq; vi, ac singulari bonitate conservatur
adhærescat: ac sanctissima cū eo necessitudi-
ne, amoreq; ardēissimo copuletur. Cuius rei
illud est vel maximum testimonium, ac certif-
sum argumentum: quod & si omnium re-
rum copiis quis affluat, amplissimis honoribus

P R E F A T I O

auctus sit, ac deniq; omniū vororū suorū compo-
se efficiatur: nōdū tamē opata quiete ac trā-
quilitate fruicitur, nōdū satiauit cupiditatem, sed
deū, si modo illum diligit, ardenterissime desyde-
rat, rerumq; cœlestium ac sempiternarū exi-
mia cupiditate flagrat. Nullam ex diuitijs,
nullam ex honoribus, nullam deniq; ex omni-
bus ijs bonis, quæ mortales experunt, capit volu-
ptatē: omnia quæ cernuntur oculis mortalia
illa quidē & caduca aspernatur: illud solum
amat & appetit, quod valer animū ipsius
cū deo cōiunctissime cōglutinare. Cū vero de-
um ardentissime atq; intimis visceribus ample-
xusteret: incredibiliter ita ac voluptate perfū-
ditur, cōquiescit animo, omnīq; rerū, quarū
copys abūlat, ac postremo lucis huius redio af-
ficitur. Quidporro hoc aliud declarat, nisi si
mū hominis bonum in hac solaciu deo procrea-
tore omnī ac parente cōiunctione esse colloca-
tū? Iam vero si deū non colit, quānis Croessū
dimitijs, Alexandri ditione et imperio, Sarda-
napalū voluptribus: Solomonē vero rerū sci-

PRÆFATI O

entia Cognitione vincat: nondum irogenitā animo posterioris boni sit inexpluit, nondum extinxit igniculos cupiditatum, nondum quietem animi cumulatam, ac iucunditatem est consecutus. Etenim summus ac præpotens Deus eum fixit hominem, qui cœlestium bonorum, atq; adeo ipsius diuinitatis particeps effici posset: proinde summi boni portundi incredibilem quandam illi cupiditatē in generauit: qua vel inter lacrima huius vitæ, omniumq; rerum affluentes copias perpetuo admoneretur: se non luci huic caducæ, & mortali, sed æternæ perfruendæ, non terrenis, sed cœlestibus bonis portiundis esse natum. Hoc si ne dubio perspexerant Principes philosophorum, qui hominis beatitudinem in contemplatione primi omnium rerum Principij collocarunt. Quare cum uniuersa hominis beatitudo in coniunctione cum dco sit posita, sequitur profecto ut sumnum hominis incommodum, in distractione ab eodem

ac

DE DISPICENTIA

nō arbitror esse perspectū atq; cōpertum. Si
qua vero calamitas rēpu. oppressit: si extera
aut in testina bella orta sūt: quo miser princi
pis animus curis oneratur? quo solitudinibus
distrahitur? quo dolore afficitur, quo ue metu
torquetur: Ipse solus pro salute omniū excu
bar: ipse omnē curam ac solicitudinem suscipit,
dum cogitur commissam suā tutelā ac fidei
patriam tueri: et impendentem calamitatem,
oblataq; pericula propulsare: ac durissimum
seruitutis iugum ē ciuium suorum ceruicibus
depellere. Hæc autem rerum publicarum con
uersio ac perturbatio quantopere principis a
nimū excruciet: angat ac solicitum reddat,
exprimi verbis vix potest. Hæc omnia vide
rat vir ille prudentissimus, qui oblatum sibi
diadema regium cum aliquandiu manibus te
nuisset, et attentius considerasset: dixisse tra
dirur, o nobilem magis quam felicem panum,
quem si quis penitus cognoscat, quam multis so
licitudinibus, periculis, & miserijs refertus sit:
ne humi quidem abiectum, ac iacentē tolleret.

Q uis

RERVM HUMANAR. FO. XXVII

Quis n. honoribus adeo deditus est, quis tanta
ambitione flagrat: qui cum labores, aerum
nas, solicitudines, angores animi horūq; simi
lia, quæ cum regio munere ac dignitate coniū
cta sunt, attente consideret: principatum ap
petat & affectet? Quis rursus principum ac
regum est, quem non plerumq; suscepit mune
ris onerisq; poeniteat? cui non diadema Regi
um grauissimum videatur? O quam libenter
imperium, dignitatem, regiasq; opes cum mo
nachorum obedientia, ac mendicitate cōmuta
ret is, qui de regno in discriminem vocatur, qui
aduerso rerum euētu sapissime perturbatur.
Atq; hæc est pīj patriæq; amantis principis vi
ta. Quid vero de tyranni vita loquar? Hac
certe nulla miserior, tetrior, acerbior, turbule
tiorq;, nulla deniq; detestabilior esse potest.
Nam quam quietam, aut iucūdam vitā eum
agere posse putas: qui assiduo metu cruciatu
angitur? qui acerbissimum omniū in se odi
um, ac grauem offensionem concitauit? Qui
propter dominatus cupiditatem in carcere se
d iii ipse

DE DESPICIENTIA

ipse inclusit? qui nulli se facile credit, ac cōmit
rit? quin nullum sibi fidelē amicum arbitratur,
qui omni deniq; cultu, humanoq; vietu caret?
Quā porro misera, quāq; felicitudinis, anxie
tatis, terroris ac formidinis plena esset tyran
ni vita, satis declarauit tyrānus ille: qui quē
di ex affensoribus, fortunas eius, copias, do
minatum: magnificētiā cōdium regiarum,
vestium ornamenta, cōquisitissimas epulas, ac
deniq; rerum omnium abundantia magnifi
ce cōm̄morant̄, ac verbis supra modum effe
rentē, in aurco lecto mira operum varietate
depīto collocari iussit: tū mensas exquisitissi
mis epulis refertas extrui: abacosq; plurimos
argento auroq; cōelaro ornari, incendi odores,
accōterā omnia quæ ad regiam magnificen
tiā apparatum j; attinebāt, præcepit adhi
beri. Postremo in hoc med. o apparatu, distric
tū n̄ ensem seta equina ē lacunari appensū de
mitti iussit: ut ip̄ deret illius beati ac fortuna
ti ceruicib. A tilletimore perterritus, et in
varias partes animo ac cogitaciōe distractus:

non

RERVM HVMANA.FO.XXVIII

nō modo vllā ex hac om̄ium rerum abundā
tia: ex hoc splendido ac regio apparatu non cōe
pit voluptatē: verum neq; oculos etiam ad ea
quaē apposita et proposita erant conuertit. De
niq; at tyrāno perīt, faceret sibi abeundi pote
statē: omnē se illam fortunā amplitudinem, il
lum regiū apparatum libenter aspernari: nol
le cum vitā discrimine alijs dominari: & om
nis generis delicys non tam frui squam abunda
re. Quā certe retyrannus ille declarauit ni
hil ei esse beatum: nihil suave & iucundum:
cui assiduus terror impenderet: cuiusq; vitā
perpetuā infidiae comparantur. Hac autē
quaē cum regij muneris functione, & tyra
nico dominatu coniuncta esse ostendimus: ea
dem & in iis muneribus obeundis cernuntur:
quaē ad Ecclesiæ administrationem pertinet.
Quā n. Principes, ac summos in repub. Viros
angit mētis sollicitudo, eadē ipsa eos qui regēdā
Ecclesiæ præfecti sunt, mirū in modū sollicitos
se net: si modo ecclesiæ paci ac trāquillitati om
nibus modis sibi consulendum putent. Quā
d iiiij

DE DESPICIENTIA

rursus formido & angor tyrannos: idem
improbos Ecclesiae rectores: quos Christus in
Euangelio mercenarios ac fures adpellauit, ve
hemeriter excruciat: neq; mente quieta eos co
sistere sinit. Quia certe animi quiete ac tran
quillitate sublata, nulla unquam homini poterit
esse beatitudo. Qui n. fieri potest, ut ille pos
sit esse beatus, cuius animus ambitione, odio, et
inuidia, ac sexcentis alijs aegritudinibus impli
catus in variis partes traducitur?

CONSY. III.

Voluptates corporis nequaquam homini
al beate, ac iucunde viuendi conducere.

AN existimas in fruendis voluptatibus
iucundam, ac felicem vitam esse
constitutam? Erras profecto, ac turpiter labe
ris, si hoc tibi persististi. Etenim qui volup
tatis corporis setos dediderunt: eam qui
expectunt animi quietem ac iucunditatem, po
tiundis voluptatibus minime consequuntur.
id quod facile intelliges: si ea que ex nefarioris
voluptatibus nascuntur incommoda, diligen
ter

RERVM HUMANARVM. FO XXIX

ter consideraueris. Principio. n. omnes corporis voluptates amarissimos & acerbissimos habent exitus. Nam & si initio dum percipiuntur, iucunditatem quadam perfundant, ac deliniant animos: ad extremum tamen tedio, ac dolore afficiunt. Natura. n. ita comparatum est: ut omnes corporis voluptates in gens fastidium consequatur: ne scilicet audeat repetatur. Poterit ne igitur perceptio voluptatis homini quietem, atque eam quam ardenter experit animi iucunditatem praestare: quae amaritudinis, fastidij ac paenitentiae sit plena? Qui. n. id appetit ut quieto, iucundo, hilari ac beato sit animo: nihil magis sibi quam dolorem, tedium, ac fastidium declinandum putat. Quare cum fæde corporis. voluptates tedium cruciatumque maximum potiunti afferant: fieri non posse, ut beatum quempiam efficere possint. Taceo quae ex nefaria libidine voluptatis homo detrimenta capiat. Nam voluptatis nimia percepcio, vires corporis extenuat, florem iuuentutis extinguit, atque postremo corpus effeminat magnis

DE DESPICENTIA

magnisq; variis morbis afficit: quibus homo voluptarius torius vita & spatio implicatus: non quietam ille quidem iucundam, ac beatam: sed miseram potius & acerbam vitam degit.
Tū demum viribus afflictis, & gro corpore vel
ceribusq; cōfecto, intelligit homo voluptarius:
quam nihil habeant voluptates cum felicita
te coniunctum. Prætereo quod virtus animum
contaminent ac corrumpant nefariæ corporis
voluptates, nullum est n. facinus ita imma
ne, nullum tam atrox flagitium, ad quod sus
cipiendum hominem voluptatibus deditum nō
inflammet, ac compellat nefaria libido volup
tatis. Qui. n. voluptate capitur: nulli non
virtio eum dedi necesse est. Nulos & inquam fa
cinosiores, ac flagitosiores extitisse memo
riæ proditum est iis: quos tenuit poti idæ volup
tatis cupiditas ardētissima. Quare cū voluptas
sit omnium flagitorum altrix, ac malorū
omnium veluti quodd. i seminarium: fieri non
potest, ut quiete, ac beatitudine iis afferat: qui
cāfurētes et inflāmati libidine conseruantur.

Est.

Est. n. cū studio vitiorū summa miseria, corpo
 ris et animi & gritudo perturbat: oꝝ; cōiuncta
 Ex quibas omnibꝫ perspici quā facilime pōt:
 nihil esse in vita quod beatitudinē ac quiete ho
 mini præstare pōſſit. Nā cū præter opes, hono
 res, ac vnouptates, in vita nihil sit aliud experē
 dū: hæc autē, vt est a nobis abū de demōstratiū
 felicitatē ac tranquillitatē nulli dare pōſſint:
 cōficitur proſecto, nihil esse in hoc ſeculo quod
 beatum quempia efficerere pōſſit, ac ſua, vt in
 quit ille, ſorte cōtentum. Q uis. n. Vniquā Solo
 mone hebræorū regelocupletior, ornatior, fa
 piētior, ac deniqꝫ vt uno verbo dicā, beator ex
 titit? audi tamē quid vir ille ſumus, cunctisq;
 mortalibus opibus, honoribus, ſciētia, volup: ari
 bus etiā ac deliciis ātecellens: de his rebus, ac de
 nūvina humana felicitate ſenſerit eo in libro
 quē de humana rū rerū despiciētia ſcriptū re
 liquit, vanitas vanitatū, dixit Ecclesiastes, va
 nitas vanitatū: et omnia vanitas. Deinde ostē
 dit multis verbis, ſe eā qui expetebat animi
 quietem ac tranquillitatem: neqꝫ rerum
 exter

ecclēſia.

.x.

DE DESPICENTIA

externarum abundantia: neq; honorum amplitudine, atq; potiundis omnis generis voluptatibus fuisse consecutum. **F**ili⁹ igitur homin⁹ cur diligitis vanitatem: **O** quæritis mendacium? fallaces diuitiae, fallaces honores, fallaces & voluptates, quippeque falso beatitudine promittant. **C**ur igituro homo tantum despis⁹ ut amplectaris mendacium, & falsas quasdam felicitatis umbras tanto studio consectoris? **Q**uanto profecto rectius tibi cōsuleres, si prudenterissimi ac grauissimi regis immo spiritus diuini testimonio crederes: & spretis cunctis rebus humanis in solo deo sūmū bonū poneres: contemptaq; mortali vita, in cœlesti illo ac beatissimo regno sempiternæ quietis domiciliū collocares.

CONSY. IIII.

Quā sint res humanae fluxae, accaduae.
Illud etiam ad contemptionem rerum his manarum te vehementer incitauerit: si cōsyderaueris quam fluxa accaduca sit uniuersa vitæ beatitudo. Esto vel ex diuitys, vel honoribus, vel voluptatibus felicitatis aliquam partem:

tem, quod minime fieri potest, fueris consecutus: quandiu putas adumbratam illam felicitatem duraturam? quamdiu permansuram?
Nam ut raseam quot fortunæ telis obiecta propositaque sit illa felicitatis effigies: interitu certe, & extremi dici obitu prorsus tollitur atque eripitur. Vbi nam sunt reges? Vbi principes?
Vbi diuites? Vbi sapientes? Vbi denique sunt iij, qui orbem in ditione tenuerunt? qui beati esse vulgo existimati sunt? Cunctos mors sustulit e medio: ac beatitudine spoliavit.
Nihil eorum quibus in seculo agentes fruebantur vtebantur: non copias, non honores, non demum delicias in sepulchrum intulerunt. Quicquid admodum nudi in vitam sunt ingressi: ita etiam nudi, ac rebus omnibus dispoliati ex ipsa demigrarunt. Sola n. benefacta, aut malefacta homines, cum vita excedunt, prosequuntur pro illis quidem praemio immortali, pro his vero sempiterno supplicio afficiendos. Heu quot principes, quot reges, quot diuites, quot sapientes, qui felices dum viuerent sunt habiti tandem

vita

tibi a Christo amantissime ac liberalissime
 fuerat tributum per incontinentiam, &
 insolentiam perdidisses: multisq; te flagi-
 tuis ac sceleribus contaminasses, non in testa-
 tim, pro eo sane ac meritus eras, diuinam se-
 veritatem adhibuit: sed alia atq; alia fa-
 cinora suspicientem patienter tolerauit, &
 clementissime redditurum expectauit: non
 internò modo afflatu, sed externis etiam
 monitionibus, hoc est, minis, flagellis,
 interdum etiam beneficijs amplissimis te
 ad resipiscendum quotidie adhortans, alli-
 ciens, & impellens. Nam quaecumq; tibi in
 omni vita vellera, vel aduersa corigerunt, ea
 tibi diuino consilio diuinaq; voluntate, &
 decreto accidisse existima, non quo aut illis
 animum efferres, hisce vero contraheres
 ac demitteres, sed ut verisq; ad se amandum,
 & studiosissime colendū incendereris. Quo
 maius profecto tuum est flagitium, & de-
 restabilior ingratii animi tui significatio: qui
 hisce rebus es adductus, no*r* ut ardētius deum

tamz

XXXI DE PRIVATIS

tam in te clementem ac misericordem diligo
res: sed ut magis ac magis quotidianis plane
iniurys laceſſeres, ac grauius, horreo dicere,
impudentiusq; offenderes. Id quod ipſe clemē
tissimus deus patienter tulerit vsq; adeo, ut
nullis tuis flagitys quantumvis magnis deter-
reri posuerit, quo minus tibi bene faceret: &
ſtimulos quotidie ad honeste viuendum ad-
moneret.

CONSY.VIII.

Porro autem animum tuum in peccatis
offirmatum, quam amanter molluit,
fregit, atq; ad honestatis, pietatisq; studium
traduxit? Quia humanitate, quae letitia
te ad se quasi post liminio redeuntem excepit:
qui charitate & benevolentia complexu, ſinuq;
receptum fouit? qua clementia omnia tibi ſce-
lera condonauit: & aeternum supplicium quod
commerueras, remisit? Hæc autem benefi-
cia non ſemel aut iterum tibi praestitit, ſed ro-
ties quoties prolapsionis tuae te poenituit, atq;
opem praesidiumq; ipsius implorasti. O sum
mam

mam dei misericordiam, o clementiam sin-
gularem. Non obliuiscitur misericordiae deus ^{psal. lx}
neq; continet in ira miserationes suas, quippe ^{xvi.}
qui interitu hominum minime delectatur.
Quid igitur agis o Homo ingratissime! cur
deum nō diligis? cur eximia hæc dei op. Max.
in te misericordia, hæc tanta beneficentia non
mollit, ac pungit animum tuum, inq; ipsius co-
lendi ac venerandi studium non vehementer
inflammat? O quoties te ex fauibus Leonis
verus ille David extraxit? quoties ab interitu
vendicauit? quoties e diaboli durissima serui-
tute liberauit? **Q**uoties tibi suas iniurias con-
cessit? cur in tantorum beneficiorum cogitati-
onem non totus incumbis? Nam quo hæc be-
neficia maiora amplioraq; sunt: eo cribrius
& attentius sunt animo & cogitatione per-
tractanda.

CONSY.IX.

Pretereo quoties impedientia tibi cū mē
tis tum corporis pericula & incommoda
depulit, atq; propulsavit. Nam multo pro-
fecto

DE PRIVATIS

fecto pluribus (quæ tua est ad peccandum pro
clitas) te sceleribus obstrinxisses: nisi clemen-
tissimus Deus omnem peccandi illecebram
abste proculamouisset, tuosq; nefarios conatus
ac profundas libidines, ne se in omni intempe-
rantia effunderent, represisset. Quæ n. libi-
do ab oculis tuis, quod porro facinus a manibus,
quod flagitium ab animo absuisset: nisi deus
opt M. effrenatas cupiditates tuas cohibusset
et in officio continuisset? Ad hæc tibi cum di-
abolo certanti ac quasi collato pede cominus
confligenti præsidium quam sèpissime atq; o-
pem attulit, effecitq; ne ab aduersario illo tuo
infestissimo ac robustissimo vincereris. Ange-
lum præterea in tui custodia collocavit, cuius
præsidio si fuisses destitutus: omnia tela quæ
tibi in omni vita machinatus ad pestem ac
perniciem est diabolus, corpore et animo exce-
pißes. Angeli etiam custodia, ac vigilia fac-
tum est: ne per quietem a diabolo oppressus, in
ter terrimum illud impiorum domicilium senz
piterno suppicio excruciatus rapereris. Hæc

Vero

Vero quanta sunt beneficia?

CONSY. X.

QVID dicam? Non solum autem te semper & ubique tectum, ac defensum ab omni impetu satanae, calamitate, ac periculo esse voluit: non solum tibi ad resipiscendum, ac meliorem vitam agendam spatium, verum etiam summam opportunitatem, ac commoditatem dedit. Etenim ad suscipiendum vitæ monasticae institutum te militauit, quo è vitæ motibus liberatus, ab omni cura, solicitudine, munere, officio & molestia vacuus & solutus, a cœtu etiam hominum, ac frequentia semotus: & cito pristinos mores emendares, & facilius in virtutis pietatisq; studium incumberes. Sunt .n. Monasteria quedam virtutis scholæ ad purgandos, atque informandos ad omnem officium animos aptissime.

Quo

XXXI .61. DE PRIVATIS

Quo immanius profecto tuum scelus erit,
 intolerabilior ingrati immemorisq; animis es
 tificatio, si tanio tam q; illustri beneficio fue
 ris abusus. Quam multis eruptum est collige
 dis sui vitæq; emendandæ spatium? quam mul
 ti repentino interitu oppressi omni prorsus
 spe vitæ immortalis exciderunt? quam multi
 etiam seculi fluctibus iactantur, qui si fuiss
 ent ad vitæ Monasticæ portum diuinitus pro
 uecti: multo profecto te ardenter diuinum nu
 men venerati, virtutisq; studia complexi es
 sent. Tu vero tanto beneficio affectus non ex
 pergisceris, neq; diuini numinis amore ardes:
 immo vero, quod detestabilius est, desidia atq;
 otio totus languescis: regiamq; diuini Numi
 nis maiestatem ea re maxime offendis. Sed
 illud summo studio tibi cauendum est, ne te
 languentem, ac nimia in studio virtutum
 cessatione ac desidia torpentem, Christus sto
 macho ejciat atq; euomat, id verone fiat, quo
 niam in tua cura ac vigilancia magna ex par
 te positum est: da operam ut Christo op. max.
tam

zam bene de te merito eam quam debes pietatem: Et obseruantiam præstes: ac proinde non ijs modo quæ accepisti: sed alijs etiam multo amplioribus beneficijste dignum præbeas. Ac de beneficijs quidem singularibus ac priuatis hactenus, superest, ea iam beneficia commemo remus, quæ cuiuis homini sunt cum reliquis hominibus communia. Neq;. n. flagitus hominum deterretur Deus, quo minus omnes diligat, ac de omnibus quam optime mereatur.

DE GENERALIBVS DEI BENEFICIIS. CONS Y. I.

De orbis, rerumq; molitione, administrati one, & conseruatione.



LLV Digitur imprimis facit agnoscas ac ricorde riso Homo, toriustam ter restris quam coelestis orbis molitionem, hominum causa fuisse factam. Etenim elementa, ignis videlicet, aer, aqua, terra, cœlum etiam ipsum, & omnia quæ cœli complexus

VII . DE GENERALIBVS

plexu continentur, coercenturq; tuendi, cōser
uandi, alendi etiam hominis causa diuina boni
tate & beneficentia facta & fabricata sunt.
Neq; . n. traduci ullo modo vita hominum
poruissē: si hisce adiumentis fuisse et destituta.
ritende igitur ac diligenter consydera, quan
ta benevolentia: quaē aue benignitate deus opt.
Max . hominum vite prouiderit: quippe cui
omnia quae ad tuendam ac sustentandam ip
sam pertinerent benignissime ac largissime
suppeditauerit Omnes porro mundi partes sin
gulari quodam ordine disposuit, excellentior
natu, ac pulchritudine decorauit, mira varie
tate distinxit: ut non solum utilitatis, conser
uationisq; hominum: verum etiam volupta
tis & oblectationis rationem duxisse videa
tur. Terrā igitur in medio mūdō locauit, eam
q; aquis, quibus initio obruta & operta erat,
vacuam atq; liberam vario bestiarum, anima
liumq; genere compleuit: vario item herbarū
plantarumq; ornatu vestiuit: vi ex his &
util atem homines, caperent: & voluptatem.

Cœlum

Cœlum autem omnium supremum esse voluit, quo omnia coercens atq; complectens, inq; inferiorem regionem quasi insuens vitam animantibus daret: efficeretq; motione perpetua annuas caloris & frigoris, dierum etiam & noctium continuatas vicissitudines, ad hominem salutem ac conseruationem. Namq; hac temporum permutatione efficitur: vi vita hominum ac coeterorum etiam animantium conseruetur, quæ certe retineri nullo modo potuisset, si aut perpetuis frigoribus concretus hic, crassus, terræq; proximus aer obrigesceret, aut perpetuis solis caloribus excalfacetus ureretur. Multa præterea hac annua caloris & frigoris vicissudine gignuntur ad usus hominum vitæq; conseruationem necessaria, quæ certe gigni, ac procreari nulla ratione potuissent: si una semper eademq; forma cœli: id est temporis status permaneret. Tacko harū rerum omnium, quas cōmemorauimus sumā, admirabileq; constantiā, et stabilitate etiam saeculis in eodem cursu atq; ordine permāsione.

i ii Quarum

LXXXI . DE GENERALIBVS

Quarum certe rerum commoditatibus non
iij vntur solum qui deum diligunt, verum iij
etia qui ab eo maxime auersi sunt. Quo ma-
ior est Dei nostri bonitas ac beneficentia, qui
ijs etiam benefaciat, a quibus non colitur ille
quidem ac suspicitur: sed grauiter potius offe-
ditur: ad iracundiam quotidianis sceleribus
inflammatur. Clementissimus atq; optimus
deus cum vniuersos homines procreauerit, illis
qz excellentem quamdam ac pene diuinam
diunitatis suæ effigiem impresserit: nō potest
non vniuersos singulari cum benevolentia, tñ
benignitate complecti. Ex quo fit, vt neq; eti-
am flagitiosissimis sceleratissimisq; homini-
bus, sive videlicet qui impurissimis veræq; pietati-
bus ac religionis cultui contrarijs superstitioni-
bus conflictantur, lucis huius usuram, aut vi-
talem aerem, eaq; omnia quæ ad sustentan-
dam propagandamq; vitam pertinet benig-
nissime largiatur.

CONST. II.

De

DE DILIGENDO AC

gatione, sospes et in columis, in ecclesiis vita
portum perpetuae quietis, & tranquillitatis,
omnisq; voluptatis, & amoenitatis plenissimis
in uicheris.

De diuina beatitate, suauitate, ac pul-
chritudine.

CONST. VII.

Es præterea Deus ille sumus, id quod te
ad ipsum diligendum vehementer exci-
tare, & infamare debet. beatissimus, suauissi-
mus, atq; omni ex parte amabilis. Beatitudo
autem eius ex eo facile intelligitur, quia ipse
est suum, atq; infinitum bonum, ex quo effi-
citur, ut omne in se bonum, omnemq; beatitu-
dinem inclusam contineat. Etenim sumum bo-
num illud esse omnes ad unum censuerunt,
quod esset omni ex parte perfectum, omnibusq;
numeris absolutum, quodq; omne bonum crea-
ture mentis compoti optandum & experien-
dum, contineret. Deus igitur cum sit sumus
bonum

VENERANDO DEO Fo. XCVIII

bonum, summa etiamq; infinita beatitudine
prædictus sit, omnibusq; copijs ac bonis circū
fluat, necesse est. Beatitudinis porro triplex
est genus, quoddam enim in contemplatione,
conquisitione q; reconditarum ac cognitione
dignissimarum rerum: quoddam vero in ac
tione procuratione q; rerum maximarum ac
præstantissimarum locatum est, tertium
positum est in rerum externalium affluentia:
copijs videlicet, honoribus, voluptatibus,
gloria & prædicatione. Hoc vero tripli
ci genere beatitudinis Deus summus, ac præ
potens summe, infinite, & admirabiliter
excellit. Principio enim beatitudo illa quæ
in cognitione ac contemplatione magnarum
abditissimarumq; rerum consistit, sum
ma in deo omniū rerum efficiente perspici
tur. Etenim se ipse Deus ac cetera, quæ auc
sunt, aut præterierunt, aut futura sunt, auc
fieri possunt, acerrime perspecta, ac com
prehensa habet: id quod est a nobis superio
ri capite abunde demonstratum.

n ii Sum

DE DILIGENDO AC

Sūma etiam beatitudo ea in deo cernitur, quā
in pulcherrimarum ac magnarum rerum ad
ministratiōne posita esse diximus. Præsideret
n. ille nō yni regno, aut prouinciae, sed yniuer
so tam cœlesti quam terrestri globo: prouideret
eū ac consulit: eiusq; nutu & arbitrio cun
cta in cœlo & in terris geruntur atq; admi
nistrantur. Iam vero opes, honores, gloria
voluptates & delicias in nomine illo diuino
requires? minime profecto. Abundat siquidē
ille amplissimis, & inenarrabilibus copijs &
dīuitijs, sanctissimis voluptatibus ac deliciis af
fluit, imperio, dominatu, potētia, gloria, et dig
nitate, supra quam dici aut cogitari potest, ex
cellit. Nam quibus opibus, quibusq; volupati
bus cum affluere posse putas: qui est summū
& infinitum bonum? quo imperio & domina
tu præditū esse qui yniuersa in ditione tener?
Qua vi ac potentia pollere: qui valet omnia
efficere, cuiusq; voluntati nemo potest obſtie
re? Qua deniq; gloria florere deū existimas,
quem omnis creatura, colit, obſeruat, ſuspicit
celebrat

VENERAN. DEO Fo. XCVI^{III}

celebrat atq; admiratur? Est igitur Deus ve
immensus, summus, incomprehensus: ita oms
ni ex parte beatus. Ex quo certe tibi iam conf
tare, ac liquere potest, quibus copiis illi abundat
quibus honoribus decorentur, quantum deniq;
potentia valeant u, qui præclaris in vita suscep
tis aeternis meruerunt ad coelitum regnum
ac domicilium peruenire. Nam cum numen il
lud diuizum sit, ut diximus, infinite beatum:
suetiam colentes & amantes, omnibus bonis
complet, ditat, ac locupletat, quemadmodum
Christus in euangelio declarauit, qui mensu Luc.
ram confertam & coagitatam deponendam vi.
esse ius in iustitia ac pietatis amantium præ
dixit. Hoc ipsum viderat sanctissimus ille
vates & potentissimus rex David, a quo il
lud est scriptum, satiabor cum apparuerit Psal.
gloria tua: perinde ac si diceret, conseruen^{xvi.}
tur alii vice bona fugacia illa quidem ac fal
lacia, fluxis voluptatibus & diuitiis expli
ci, falsaque gloria, & honore decorari aueant,
egocente iustiam ac pietatem colens spe bona
n iii sus

DE DILIGENDO AC

sustentor fore , ut beatissimum faciem
tuam aliquando contempler , atq; omni
bus gaudius et voluptatibus cumulatus,omni
bus honoribus autem, in suauissima pulcherri
mi numinis tui contemplatione conquiescam.
Vide igitur quā vehementer desipient ii, qui
terreno alicui principi tanto studio ac diligen
tia deseruunt, ut ad aliquem honoris ac digni
tatis, simil cum vita interitū, gradum per
ueriant, deo vero omnium procreatori, soli po
tentia ac beato, regū domino, uniuersiq; mode
ratori, qui sui diligentes & obseruantes aeter
na felicitate donare valet , inservire negli
gunt? Sed proh dolor, tanto homines rerum
externarum studio discuntur , tamq; arden
ter ad ambratam quandam felicitatis effi
giem quam voluptates, copiae , & honores
offerant, ad amittit, tamq; auidē complecti
tur: ut pro nihilo dicant , vera, solida , ac
sempiterna bona amittere : ac corpore, &
animo simil interire . Quo nihil ameritus
& insatiis esse posset. Quia enim insati

VENERAN. DEO. .C.

ius Crstulius, quam terrena cœlestibus, auxa
ac caduca sempiternis, mortalia immortali-
bus, humana diuinis anteponere? Tu vero, si sa-
pis o homo: animo tuo imperabis, eūq; per uim
ab iis quæ sensibus percipiuntur abstrahes et ab-
duces, cœlestium vero cupiditate in dies magis
incendes. Id autem effeceris: si ea quæ in secu-
da ac tertia huius libelli parte tam multis ex-
posuimus, diligenter tecum fueris meditatus.

Diuini vero numinis pulchritudo, ex earum
verum quas effecte eximia venustate ac pul-
chritudine intelligi satis potest. Nam cum omni-
mis ea pulchritudo, omnis decor, ac prefectio
quæ in creaturis cernitur, multo præstantior,
atque excellentior in deo efficiente ac fôte, e quo
omnia manant corspiciatur: neceſſe est profec-
to vi quin naturas rerum præcreant ranta ve-
nustate ac pulchritudine præditas: ipſe omni-
bus venustate ac pulchritudine, infinitis
partibus antecellarat. Contemplare igitur vni-
uersi venustissimam, a longe pulcherrimam
n. iiiii faciem

DE DILIGENDO AC

faciem, singularum præterea partium ipsius
miram conuenientiam, concinnitatem excellē-
tens; pulchritudinem: ac meditare subinde
cum animo tuo, quanta sit eius a quo fabrica-
te effectus sursum pulchritudo: eamq; admi-
rare, a teamq; correplandi incredibili studio
et vehementi cupiditate inflamare. Quis
enim pulcherrimi numinis intuendi conspiciendi
q; desiderio non incredibiliter exarserat?

IN quo præterea fruendo tanta est animi
suauitas, voluptas, ac iucunditas posita, ut me-
rem prorsus eius qui eo quoniam modo siue inter-
ris, siue in celo fruitur, estu quodam ardentis
simi amoris incendat, eamq; totam ad se re-
piat atq; conuertat. Neq; enim fieri potest, ut
qui dulcissimum, ac suauissimum numen intru-
entur, amant, atq; suspiciant: non summa dul-
cedore ac voluptate complecantur. Cui quidem
certe rei indicio sunt illi, qui deum in terris
summa religione colunt, et ardentia amore
proseguuntur. Hinc etiam in luctuoso siſimo
vite exilio comnorantes, tantum interdum ex-
dei

VENERANDO DEOFO. CI

UNIVERSIDADE
DE
SALVADOR

dei op. Max. recordatione, rerumq; celestium
coconsideratione voluptatem ac iucunditatem
arum capiunt: ut non exterritum rerum modo,
verum etiam sui obliuiscantur: & sepiissi
me æstu vehementissimi amoris abrepti, ad
coelestia contemplanda, quasi in altum, inter
missa tantisper sensuum functione, prouehan
tur. Hanc suavitatem, ac dulcedinem numi
nis sempiterni David rex multis in locis se sen
sisse, expertumque fuisse testatus est. Psalmus
siquidem trigessimo, quasi quodam stupore ^{Psalm.}
affectus sic exclamauit. Quā magna multi ^{xxx.}
tudo dulcedinis tue domine, quam abscondis
ti timensibuste, & alio item loco. Memor fui ^{Psalm.}
dei, & delectatus sum. Alibi vero hoc ipsum ^{Lxxvi.}
multo apertius et expressius declarauit: inqui
ens, cor meū: & caro mea exultauerūt in deo ^{Psalm.}
vino. Tanta animus excellentissimi ac sanctissimi ^{lxix.}
simi vatis letitia, dulcedine, ac voluptate, cor ^{iii.}
templatio re altissimi numinis fuerat cumula
tus, & completus: ut voluptas animo percepta
ad corpus etiam permanaret, ipsumque incredibili

bili

DE DILIGENDO AC

Psal. bili suauitate & iuculitate delinire. Ad hanc
porro suauitatem ac dulcedinem degustandi
xxxiii omnes alibi adhortatur: inquietus, gustare &
videte quoniam suavis est dominus.

PERORATIO.

AGE igitur o homo potenissimum, be-
neficienissimum, clementissimum, a-
quissimum, sapientissimum, beatissimum, pul-
cherrimum, suauissimum tuique amississimum
deum, reuulsis cupiditatibus & flagitoribus co-
pedibus, ardenti amore completere, singulari
pietate cole, ipsique te dederat, consecra, ac dedica.
Dilige eum qui te dilexit, ac summis & innu-
merabilibus beneficiis ornauit. Reuerere illum
ut dominum & universi moderatorem, cole
ut deum, & effectorem omnium potentissimum,
venerare ut parentem, dilige & obserua ut ru-
torem ac defensorem tui vigilatissimum, sus-
pice ut conservatorem & redemptorem homini
longe amantisimam. Hoc noctes ac dies preca-
re, ut scilicet te regat, ac gubernet, sui amore
& studio inflammeret, et ab omni peccato perpe-
tuo

tu inuidū purum; conseruet. Huius præ
 terea libelli lectioni te da, eaq; crebro animo
 tracta, quæ in eo complexi sumus. Ea. n. nos
 perscripsiſſe arbitramur, quæ nemine nō, quā
 tūis humanas res suspiciat atq; admiretur:
 easq; studiosiſſime contineatur, mollire, frā
 gere, & ad pietatem honestatemq; colendam
 valeat traducere. Fruere igitur o vir christi
 are nostra hac opera et labore, ac pro nobis qui
 tibi hæc ad pietatem incitamenta præbuimus
 Christum opt. Max. deprecare. Verum &
 huic quidem quinta libelli huius parti, & uni
 uerso suscepit operis argumento a nobis factū
 erit satis, si formam precandi eam adiunxe
 rimus: qua quis ut debeat, ad postulandā im
 petrandamq; mutui amoris cum deo felicissi
 mam ac suauissimam coniunctionem, quan
 hil homini optabilius, nihilq; antiquius esse de
 bet. Tora siquidem creature eius quæ ra
 tionis est particeps felicitas in eo posita est,
 ut deo suo uero quo edita & suscepta est in lu
 cem, arctissimo charitatis, ac sanctissime
 necessi

IN COENA DOMINI. Fo. cLX

Vtilitate metiuntur. Adhæc nostras iniurias
ijs, a quibus læsi sumus, facile cōcedamus. Ah
malū, Christus suas iniurias non est persecu-
tus: tu vero, homuncio, tanta eris insolentia
& superbia, ut tuas audeas persequi? Christū
vel innumerabiles iniuriæ, ab eo quod ceperat
nos redimendi, ac liberandi consilio abducere
ac deterrere non potuerunt: tu vero vel leuissi
ma iniuria laceſſitus, ex ardescēs ira, & conti-
nuo amicitie nunciū remittes? Quare o fra-
tres si christiani nominis dignitatem tueri, si
christi mandato parere volumus: siquid in nos
frater admiserit, facile ei cōdonemus: si prolap-
sus fuerit, manum illi, qua subnixus surgat, &
māter porrigamus: si in virtutis ac pietatis
studio profecerit, illi amicissime gratulemur,
sic n. agētes, cū nomini christiano, quod geri-
mus, respondebimus: tum dionos nos præbebi-
mus, qui sēpīternū euū cū Christo, ac beatissi-
mibus agamus. **DIXI.**

INDEX OMNIVM QVAE HOC
libro continentur.

- I**NCIT Amentiamoris erga deū primā
pars de peccatis ac flagitijs respuēdis.
Quantopere peccatum deo dispiceat, consy.
fo. i.
Quantā is qui scelus aliquod suscipit deo iniu-
riam faciat, consy. ii. fo. iii.
Quam sit in Christum ingratus: qui ijs se fla-
gitijs contaminat, quae ille morte acerbissi-
ma expianit, consy. iii. fo. vii.
Quam dedebeat dei filium sceleris susceptio.
consy. iii. fo. x.
Diuinum numinis gloriæ nefarij flagitijs labem
inserri. consy. v. fo. xi.
Non esse in hominis potestate peccati se vincu-
lo exoluere. consy. vi. fo. xii.
Non facile expiari admissum scelus. consy.
vii. fo. xiii.
Quantum homo ex peccato detrimēti capiat
consy. viii. fo. xiii.

Quam

INDEX. FO.C. IXI

Quam graues sint flagitijs diuina seueritate
pœnae constitutæ. consy. ix. fo. xv.

INCITAMENTI amoris erga deum se
cunda pars de ijs quæ pertinent ad vitæ co
temptionem atq; despiciētiām.

Non esse in diuinitate vitæ beatam constitutam.
consy. i. fo. xxi

In honorib;is vitæ beatam nequaquam esse po
sitam. consy. ii. fo. xxv,

Voluptates corporis nequaquam homini ad in
cunde beateq; viuendum conducere. consy.
iii. fo. xxviii.

Quam sint res humanæ fluxæ ac caducæ.
consy. iii. fo. xxx.

Vitam hominum multis esse periculis propo
sitam. consy. v. fo. xxxii.

INCITAMENTI amoris erga deum. iii.
pars de inflammando animo ad cœlestium
cupiditatem.

De cōtemplatione diuinitatis. consy. i. fo. xxxvii

Quibus copijs affluant ii, quidco in cœlo frui
tur. consy. ii. fo. xxxviii.

Am

INDEX.

- Amplissimis honoribus decorari, afficiq; elec-*
tos. consy. iii. fo. xxxix.
- De gloria, celebritateq; sanctorum. consy. iii.*
fo. xxvix.
- De piorum in cœlo voluptate: ac iucunditate*
incredibili. consy. v. fo. xxxxii.
- De virginis dei paræ aspectu iucundissimo. co-*
sy. vi. fo. xxxxi.
- De beatorum spirituum conspectu omnis iucun-*
ditaris plenissimo. consy. vii. fo. xlvi.
- De beatorum cœtu iucundissimo. consy. viii.*
fo. xxxxv.
- De beatorū hominum summa scientia. consy.*
ix. fo. xxxxv.
- Cœlites incredibilicantuum suavitate deliniri*
consy. ix. fo. xxxvi.
- De cœli Empyreipulchritudine, splendore,*
amoenitate. consy. x. fo. xxxxvii.
- De immensa sanctorū felicitate. co. xi. f. xl viii*
- Ex christi ac sanctorum hominum acerbitati*
bus colligicœlestis vita felicitatem. consy.
xv. fo. li.

INDEX. F.O.C. LXII

- N**IC Itamenti amoris erga deum pars. iii.
de priuatis: ac generalibus dei benefi. f. lxiii.
De priuatis dei oft. Max. erga quemq; hemi
num beneficiis, consyderationes. x.
De generalibus dei beneficij. fo. lxv.
De orbis, rerumq; molitione, administratione
& conseruatione. consy. i. fo. lxv.
De angelorum custodia, & obsequio. consy.
ii. fo. lxvii.
De redemptionis ac liberationis hominum in
genti beneficio. consy. iii. fo. lxviii.
De sacrae hostie ineffabili, inexplicabiliq; dono
consy. iii. fo. lxx.
INC Itamenti amoris erga deum pars. v. de
diligendo ac venerando deo.
De diuina vi. potestate, ac veneranda nimiū
maiestate. consy. i. fo. lxxvi.
De diuina bonitate & beneficentia. consy. ii.
fo. lxxviii.
De diuina erga homines benevolentia &
charitate. consy. iii. fo. lxxx. (iii. fo. lxxxv.
De diuina misericordia & clementia. consy.

NIDEX.

*De diuina iustitia, & aequitate, consy. v. fo. lx
xxviii.*

*De incomprehensa dei scientia. cons. vi. fo. xcii
De diuina beatitudine, suavitate, ac pulchritu
dine. consy. vii. fo. lxxxxx vii.*

INDEX precationum.

*Precatio hominis vitæ errata acerbissime de
plorantis. fo. xviii.*

*Precatio hominis ardenti cœlestis vitæ desyde
rio flagrantis. fo. lui.*

*Precatio cōpleteſens gratiarum actionem pro
beneficiis diuinitus acceptis. fo. lxxii.*

*Precatio ad postulandam mutui amoris cum
deo coniunctionem. fo. cii.*

*Gratiarum actio. seu potius totius vitæ Chriſ
ti domini nostri ad formâ gratiarû actio
nis accommodata narratio. fo. cvi.*

*Dominicæ precationis paraphrastica explana
tio. fo. cxxvi* (iii)

De sacra Eucharistia declamatio. fo. cxl

*Q*uamvis in eo multum operæ, studijq; fo
sumus Christiane lector, ut hic liber,
quem

IN COENA DOMINI F.cLXII

quem ad inflammados diuinis numinis studio
animos hominum conscripsimus & edidimus
quam emendatissimus in manus hominum ve-
niret, multa nos tamen dum cursim exemplaria
ad nos delata (distinemur .n . quotidianarum
prælectionum occupationibus) emendaremus:
fugierunt, quæ post dum attentius legeremus, ani-
maduertimus. Quocirca facie dum mihi esse
ptauit: Urte de insignioribus erratis admonere
ijs .ss. quæ intelligentia remorari tam illum
possent, coetera vero leuiora nobis protua hu-
manitate, lubenter condonabis.

Fo.ix.p.ii.lin.xii.pro quod lege quid.

fo.xi.p.ii.lin.ii.pro tu ilege sui, & versu .iii.
pro dedecores, lege dedecoret.

fo.xx.p.i.ver.xxi.pro tolerabilis, lege tolleba-
ris.

fo.xxvi.p.ii.li.iii.pro solitudinibus lege soli-
citudinibus.

fo.xxvii.p.ii.l.xx.pro fueris lege frueris.

fo. xxxix. p. ii. li. xvii. pro cōcessu: le. cōfessu,
fo. xl v. p. ii. l. x v. pro numen. lege numne.
fo. xciii. p. ii. lin. xii. lege. ut & vitam ipsa.
fo. lxxxviii. p. i. lin. i. leg. summa etiam infe-
nitaq;
fo. lx vi. p. ii. lin. x viii. adiunge, eripiat atq;
subducat, sed contra, & expunge : eaq;
fo. lxix. p. i. lin. x vii. pro naram: legen naturā.
fo. cxxxv. p. i. l. iii. leg. contentionē.
fo. cxxxviii. p. i. l. ultimū pro quod lege qui.
fo. cxxxxvii. p. ii. li. viii. pro deiunxisset.
lege deuinxisset.

EXCVSSVM CONIM
bricæ a Francisco Correa
typographo: sexto
nonas Maias. ^{DA} UNIVE

M. D. L.



